



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Metropolis Salisbvr gensis

Continens Fvndationes Et Erectiones Monasteriorvm, Et Ecclesiarum  
Collegiatarum, &c. per Boiarum, ac loca quædam vicina

**Hund, Wiguleus**

**Monachii, 1620**

Malharstorf, Alias Malhazrdorf Et Madilhartistorf Sancti Benedicti Ordinis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13578**

*Georgius I.**Simon natione Pruthenus.**Johannes I.**Kilianus Præpositus Anno 1499.*Anno  
1500.

**H**Oc anno circa Iunium *Rupertus* Episcopus *Ratis*: Dux *Bauaræ* visitauit Monasterium, & quædam ordinauit his litteris contenta. *Rupertus* Dei & Apostolicæ sedis gratia Episcopus *Ratis*: Dux *Bauariæ*, dilectis nobis in Christo fratribus *Kiliano* Præposito, *Georgio* Decano, totique Conuentui Monasterij *S. Magni* extra muros *Ratis*, ordinis *S. Augustini* Can: reg: nostræ *Ratis*: Ecclesiæ salutem & sanctæ religionis incrementum. Nostri pastoralis officij sollicitudo exposcit, vt his sub cura & obedientia nostra degentibus, maximè religiosis secundum *S. Augustini* memorati regulam professis (in qua quidem regula clare continetur, vt professores eiusdem regulæ Præposito tanquam patri obediant multò magis presbytero, hoc est, Episcopo seu ordinario; & rursus alio in loco eiusdem regulæ dicitur quod Præpositus referat ad Episcopum qui modum ad eius vices excedit) viam melioris obseruantia præbeamus; vt patet in istis litteris suis &c.

*Georgius II.**Johannes II. dictus Prandstetter.**Georgius III. dictus Graff.**Laurentius.**Ioannes III. dictus Schmaus.**Iodocus.**Stephanus Michelbacher. Præpositus.*

Fuit is sub Præposito præcedente cellarius, depuratus ad administrationem anno 1568.

Anno  
1575.

*Casparus Resch* cognomine professus in *Beurberg* Monasterio superioris *Bauariæ*.

Is cum ad voluntatem suorum in Monasterio *Ror* aliquandiu cum in omni regulari obseruantia tum, maximè in parochiali & concionandi munere (hoc) & in Cathedrali Ecclesia hic *Ratis*: gnauum se exercuisset, ad huius Monasterij regimen dignissime est accitus, moritur anno Christi.

*Melchior Vischer.**Hieronymus Ferl. obiit an. 1605.**Gregorius Hagen.**Christophorus VVeinhard.*

**MALHARSTORF, ALIAS MALHAZRDORF ET MADILHARTISTORF SANCTI**

*Benedicti Ordinis.*

**FVNDATVR** per *Heinricum* & *Ernestum* filium, Comites de *Kirchperg*, Anno 1109. Auent in *Annalib.* fol. 614. ita ponit: Eadem tempestate *Heinricus* & filius eius *Ernestus*, Comites à *Kirchperg*, arcem suam *Mallerstorf*, in inferiori *Bauaria* prope *Laberamnem* sitam, in Templum commutant; *Hartvicus* *Ratisbonensis* Episcopus dicat, sacris *D. Benedicti* initiat, *Burckardum* Magistrum, id est, primum *Abbatem* legit: Primò ibi iuxta castrum, in quo Comit-

tesil.

tes illi residebant, ædificata est Capella in honorem S. Burckhardi, quæ adhuc hodie vetus & prima fundatio appellatur, *die alt Stiff* & non tantum pro Abbate & Monachis, quàm etiam pro Priorissa & Monialibus S. Benedicti Ordinis, quæ postea defecerunt, inde totum castrum in Monasterium transiuit. Sunt aut in illa Capella S. Burckhardi, non solum fundatores sepulti, verum etiam sex alij illius familiae, testatur vetustus lapis ibi, cum hac inscriptione.

*Hic fundatores Comites tumulus capit iste,  
In caelis Christe fac eos tibi proximiores.*

Hoc Monasterium fuit per manum liberi hominis Eberhardi Ecclesie Bambergensi collatum, confirmatum per Innocentium Pontificem, Anno 1139.

LOTHARIVS tertius Imperator quoque confirmat additis priuilegiis, qui dicit Henricum & filium eius Ernestum, fundatores, ad familiam nostri regalis loci, inferioris videlicet Monasterij, in ciuitate Ratisbona pertinere, & fundum, in quo Monasteriũ ædificatum, pertinere ad Monasterium inferius; ideoque annuam pensionem solui, & ibi non solum Abbatem cum Monachis, verum etiam Abbatissam cum congregatione fuisse, Anno 1129. Testes, præter Ecclesiasticos aliquot Episcopos, Henricus Dux Bauariæ, Diepoldus Marchio, Otto Palatinus Comes, qui tunc fuit Aduocatus Monasterij, Berchtoldus Comes, & filius eius Poppo, Hermannus, Comes Saxonie, Adalbertus Comes, Item de Ministerialibus, quorum tantummodò nomina propria posita. Idem Lotharus in alijs litteris de eodem Monasterio sito in castro Madilhartsdorff: Testes Engelbertus Marchio, Vdalricus Dux, filius Engelberti Ducis anno 1135.

HENRICVS quintus Abbas construxit ibi templum maius sancti Ioannis Euangelistæ, dedicatur per Leonem, Episcopum Ratisbonensem, Anno 1167. Ludouicus, primus huius nominis, Dux Bauariæ filius Ottonis primi, dedit huic Monasterio priuilegiũ super Aduocatia & protectione huius Monasterij. In quo sunt Testes, Palatinus Comes Rapoto, Comes Albertus & frater eius de Pogge, Comes Conradus, Comes de Mospurch, Conradus & Hainricus eius filij, Comes Chalocus de Kirchperg, Altmannus de Hals, VVernherus de Laber, Pilegrinus de Mosen, Hocholdus & Henricus frater de Wolmutz, Berchtoldus de Schiltperg, Hadmarus de Ahausen, VVricus Marschalcus de Schrobenaufen, Leutoldus Pincerna de Au, Otto Pes, Conradus Dapifer de Paigerprunn, Conradus de Harpach, Ratholdus de Perg, Ernestus de Neuperg, Henricus de Trautpach, Henricus Dapifer de Zell, Berchtoldus Pincerna & alij complures,

PRINCIPES quoque inferioris Bauariæ aliqua priuilegia dederunt, confirmata postea per Ludouicum Imperatorem, qui protectorem constituit seu Aduocatum Arnoldum de Mässenhausen, præsidem Bauariæ seu Præfectum, vulgariter *vnsern Pfleger zu Bayern* etc. ann. 1343.

EXTANT ibidem in ambitu rythmi germanici de fundatoribus, ac alijs benefactoribus illius Monasterij, quorum etiam insignia ibidem fuerunt ad parietem depicta, sed hodiè fere oblitterata: quos vetustatis ergo, ac pro conseruanda veterum familiarum memoria lubet subscribere.

**D**e Edlen Herren Wolgeborn/  
Zu Kirchberg Graffen außerkorn/  
Mallerstorff gestiffet han.

*Metrop. Salisb. Tom. II.*

Q

Graff

Graff Hainrich des von ersten began/  
 Der hie auff dem Berge saß/  
 Guter ding er sich vermaß/  
 Das Closter in der Burg erbaut/  
 Als man das heut zu tag anschaut/  
 Am alten Münstere secht ihr das/  
 Seiner Gräbnuß er nit vergaß/  
 Sein Sün Graff Ernst von Schirling/  
 Graff Adelprecht zu Aiting/  
 Desselben Sohn Graff Albrecht/  
 Het Aiting imm nit gutem Rechte.  
 Vnd sein Hausfrau genant Regelind/  
 Adilheit war ihres Schwehers Kind/ id est, ihres Manns  
 Graff Ernst der iung zu Traupach saß/ (Schweher.  
 Guter sach er nie vergaß/  
 Er ließ zwen Söhn gar adelich/  
 Albrecht vnd Hainrich.  
 Graff Hainrich sasse mit wise  
 Zu Hofferstorff dem Sitze.  
 Zu Kirchperg saß der letzte/  
 Graff Sadelhoch der beste/  
 Gab ons den Vorst zu Pucherlow/  
 Gott behalt ihn ewiglichen fro/  
 Mit seinem Stamm in dem ewigen Leben/  
 Sie haben ons groß Gab geben.  
 Ihr Ache hie begraben sind/  
 Ihre Smahel vnd auch ihr Kind/  
 Im alten Münstere ist vor gesit/  
 Gott tröste sie in der Ewigkeit.  
 Es ist auch gebauet in der zeit/  
 Da man nach Christi geburt seit/  
 Tausent/hundert vnd neun Jar/  
 Das alte Münstere also klar/  
 Von Hainrich dem alten Graffen lobesam/  
 Seinen Sohn Ernst zu ihm nam.  
 Sie haben also gelebt in Seeligkeit/  
 Gott erhalt sie in der Ewigkeit.

FVNDATORES ET ALII BENEFACTORES  
 MALLERSTORFENSIS COENOBII.

Ze Stäffer hie der Edel Stamm/  
 Von Kirchperg Grauen lobesam/

1779

Von

Von Trautpach vnd von Eitling/  
 Von Hoserstorff vnd von Schirling/  
 Vnd von Mallerstorff voran/  
 Dauon vil manicher Edlman/  
 Ruhen hie vnd ihr Gefind/  
 Ihr Hausfrawen vnd ihr Kindt/  
 Im Creutzgang vnd auch anderstwo/  
 Ihre Wappen seind entworffen do/  
 Daß wir ihr vergessen nicht/  
 Gen Gott mit vnserß Bettes frucht:  
 Wann sie ihr Gaben vns gebn han/  
 Durch Gottes Ehr auff gütten wahn/  
 Auff sein Barmherzigkeit dabey/  
 Er macht sie aller Sünden frey/  
 Auch der Pein vnd Büss darzú/  
 Verleich ihn auch die ewig Rht.  
 Daß eivr Geschlecht wol werde künde.  
 Das lernet hie an diser Stundt/  
 Von Neideckh die Freyen Mann/  
 Gaisgebler Hopfnetz darnach gan/  
 Mersenkhouer vnd Inkhouer/  
 Schicklen vnd Neuberger/  
 Die Lasan vnd die Panholts/  
 Auch von Rhatn ein Ritter stolts/  
 Vil Greulen vnd die von Sigenhouen/  
 Zwen Schürff vnd einen von Plnkouen/  
 Traupeckh vnd die von Alleheim/  
 Meckhouer vnd Spritacher nit allein/  
 Griesssteter/Stainkircher/  
 Disß Gottshaus auch trew Diener/  
 Utzen vnd Ampfleuten vngesar/  
 Gott helff ihuen an der Englschar.

## A D D I T I O N E S.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. *Lotharius* tertius diuina fauente cle-  
 mentia Rex. Si vt omnia adiiciantur nobis regnum Dei quærimus & iustitiam  
 eius & non aliter vitã nostrã sed neq; coronã regni nostri stabiliri credimus, nisi  
 obsequiis mandatorũ Dei & conuincando necessitatib; pauperũ Christi: Dignũ  
 est vt concordet per oĩa celsitudini nostrã & folio regni nostri christiana humi-  
 litas sufficiens paupertas & eorũ maximẽ commendabilis prouectus, qui iuxta  
 Apostolum, nihil habent in hoc mundo & tamen omnia possident. Quod nos  
 pio affectu considerantes cuiusdam *Hainrici* & filij eius *Ernesti* ad familiam

*Metrop. Salisb. Tom. II.*

Qq 2

nostri *Ratispong.*

*Litharij sero-  
 rij Roma-  
 norum Le-  
 gis super  
 confirma-  
 tione Ma-  
 nasterij  
 nostri &  
 concanbi  
 inter nos  
 & inferi-  
 us Mona-  
 sterium*

nostri regalis loci inferioris videlicet Monasterij in ciuitate *Ratis*: pertinentium bonam voluntatem subsequentes approbamus. qui locum quendam dictum *Madilbartsdorff* in honore Dei & B. *Iohannis* Euangelistæ ob spem. vitæ æternæ in fundo superius memorati Monasterij construxerūt & hunc sub eiusdem Monasterij ditione sub conditione cuiusdam pensæ annuatim soluendi reliquerunt. Nunc verò Abbate ante dicti loci videlicet montis sancti *Iohannis Eppone* viro religioso & Christi pauperibus sub eo militantibus à nostra regali munificentiâ humiliter flagitantibus Abbatissa quoque venerabili *Richiza* cum tota congregatione sibi subiecta aduocato etiam *Ottone* Palatino Comite vna cum omni familia prænominati Monasterij in clero & populo septem etiam ex ministerialibus sanctæ *Mariæ* solito more sub iure iurando in præsentia nostri ad redimendam debitam eidem Monasterio pensionem per quoddam concambium per omnia concordantibus, nos quoque qui piis eorum conatibus libenter assuimus eundem locum libertati donatum & in manus *VVernhardi* nobilis viri fidelis nostri delegatum pro arbitrio & petitione venerandi *Epponis* eiusdem loci Abbatis & fratrum eius inde agendum ac delegandum cum omnibus pertinentiis suis quæ à præfati Monasterij Abbatissis ac Ministerialibus. seu quibuslibet aliis collata sunt seu conferenda pro æternæ vitæ remedio & vt nostri memoria in orationibus eorundem pauperū Christi iugiter viuat immutabili concessione annuimus. Et quia cuiuslibet tabernaculi Dei status firmius figitur cum regno tanquam principali & fortiori paxillo innititur. nos quoque cum probata *Iohannis* deuotione ac reuerentia tum quia nostri officij est satagere vt sub tutela nostra quiete conseruentur ac fructificent Christi pauperes eidem loco dilectione protectionem & curam affectuosius impendere salubre nobis esse speramus. Proinde sub fidelium nostrorum præsentia & ob eorum interuētum præfatum locum dilecti Dei B. *Iohannis* cum omnibus appendiciis suis rebus tam præsentibus quam futuris, quæ sitis & acquirendis nostræ defensionis committimus & sub virga regni nostri cum manuscripto immutabiliter collocamus vt vno eodemque ordine per æternorum temporum volubilitatem per Imperatorum ac regum succedentium nobis posteritatem sub regali banni nostri interminatione & eiusdem compositione donatæ nobis libertatis violatoribus hæc vsque ad æterna sæcula decurrant illibata. Sic in eodem cœnobio Abbatis libera electio & pro aduocato à Rege constituendo fratrum non neganda petitio. Postremo nobis etiam ignorantibus & inconsultis libere dispositionum eorum secundum Deum omnia cedant libertati optatæ cuncta donata sint. Et vt hæc nostra concessio sicut diximus per futura & æterna temporum curricula & inconulsa permaneat, hanc paginam regalis characteris nostri impressione signari precepimus, atque huius rei testium nomina subter signari non minus tantum quam necessarium fore arbitrati sumus *Chunradus Saltzburgenfis* Archiepiscopus, *Otto Babnbergensis* Episcopus, *Chuno Ratisponensis* Episcopus, *Gebhardus Episcopus Eysitensis*, *Hermannus Augustensis* Episcopus, *Embrico VVirtzburgenfis* Episcopus, *Meringor Merseburgensis* Episcopus, *Heinricus Dux Babariorum*, *Dietpoldus* marchio, *Otto Palatinus* Comes, *Perchtoldus* Comes & filius eius *Poppo*, *Hermannus* Comes *Saxonia*. *Adalbertus* Comes, de ministerialibus quoque per aurem attracti *Ernestus*, *VVernherus* & filius eius *Bruno*, *Marquart*, *Hainrich*, *Marquart Rüdiger* & alij fratres nostri. Dat. an. Dominicæ incarnationis M. C. vigesimo nono, Indictione VII. VII. Kl. Iunij, anno verò ordinationis Dñi *Lotharij* reg. tertij, quarto. Actum

Littera *Lotharij* tertij Rom. Imperatoris Augusti super concambio tertio inter nos & *Ottone* Præfectum *Ratispona* pro bonis & villa nostra *Sanktkirchen* & villa quadam *Lauchartsdorff* nuncupata.

**I**N nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, *Lotharius* diuina fauente clementia. Tertius Rom. Imperator Augustus. Sicut imperialis est auctoritas superbos deicere

dicere contumacibus contraire sic eius magnificentia & decoris est humiles & deuotos beneficii attollere scriptorum auctoritate corroborare. Vnde notum esse volumus cunctis presentis futuriq; temporis fidelibus, qualiter venerabilis Abbas cœnobij S. Iohannis Apostoli & Euangelistæ quod est situm in castro *Madalhardestorff* nomine *Eppo* Ducem *Bauiaræ* *Hainricum* adiit & de fundo sue ditionis dominicalem curtem *Stainkirchen* dictam Monasterio vicinam sibi in concambium dari postulauit, eadem verò curtis erat *Ottonis Ratisbonensis* Præfati beneficii cuius consensu actio est concambium. Dux itaque *Hainricus* Prædicti Abbatis *Epponis* precibus & voluntati annuens cum consilio aliorum imperij nostri fidelium idem concambium concessit & fecit tradens Monasterio S. Iohannis Euangel: dominicalem curtem *Stainkirchen* sitam cum molendino & omnibus suis pertinentiis quæ sitis & inquirendis, cultis & incultis, pratis, pascuis, agris, aquarumue decursibus & recipiens in ius iustæ communicationis quicquid Ecclesia prædicta habuit in villa *Leutharstorff* dicta & prædium quoddam *Chorb* dictum. Hoc itaq; concambium coram fidelib. nostris factum, præfatus Dux *Hainricus* concessit & fecit & scripti nostri auctoritate corroborari postulauit. Cuius petitioni annuentes concambium idem confirmamus & in perpetuū inconuulsum manere imperiali auctoritate detinentes presentis scripti decreto corroborauim⁹, & vt ab omnib. in posterū meli⁹ cognoscatur & credatur sigilli nostri in pressione signauimus, Huic rei interfaerunt, *Dietvvinus* Cardinalis Ep̄s de Titulo S. *Rufine*, *Adalbertus Moguntinus* Archiepiscopus, *Chunradus Saltzburgerensis* Archiepiscopus, *Bruno Coloniensis* Archiep̄s, *Chunradus Mag-deburgerensis* Archiepiscopus, *Adalbertus Treuerensis* Archiepiscopus, *Adalberto Hameburgerensis* Archiepiscopus, *VVido Gifuntinus* Archiepiscopus, *Otto Babenbergerensis* Ep̄s, *Hainricus Ratisbonensis* Ep̄s, *Riegemarus Patauiensis*, *Gebhardus Eystetensis*, *Embrico VVierzeburgerensis*, *Heinricus Dux Bauariæ*, *Dietpoldus* Marchio, *Adalbertus* Marchio, *Hainricus* Marchio, *VVilhelmus* Palatinus, *Fridericus* Palatinus, *Otto* Palatinus, *Vadalricus* Dux filius *Engelberti* Ducis. Data anno Dominicæ incarnationis M. C. tricesimo quinto, Indictione III. XVI. Kal. Aprilis, anno verò ordinationis Dñi *Lotharij*, Regis tertij X. Imperij verò II. Actum *Babenberge* feliciter Amen.

Bulla confirmatio  
nis S. Iohannis  
Euangel  
in Mall-  
herstorff.

**I**nnoceñtius Ep̄s seruus seruorum Dei. Dilecto filio *Epponi* Abbati Monasterij *Madalharstorfensis* quod in *Ratisbonensi* Episcopatu in honore B. Iohannis Euangelistæ situm est, eiusq; successorib. regulariter substituendis, in perpetuum. Ad hoc vniuersalis Ecclesiæ cura nobis à prouisorum omnium bonorum Deo commissa est, vt religiosas diligamus personas, & beneplacētē Deo religionem studeamus modis omnibus propagare. Nec enim grat⁹ Deo aliquando famulatus impenditur, nisi ex caritatis radice procedens, à puritate religionis fuerit conseruatus. Hoc nimirum caritatis intuitu dilecte in Domino fili *Eppo* Abbas tuis rationabilib. postulationib. clementius annuentes, Monasterium B. Iohannis Euangelistæ cui auctore Domino præfides, quod utique ab *Hainrico* quodam & filio eius *Ernesto* pia deuotione noscitur esse constructum cum suis omnib. pertinentiis sub apostolicæ sedis tutela & protectione suscipimus & presenti priuilegio communimus. In primis siquidem statuentes vt ordo monasticus secundū B. Benedicti regulam perpetuis futuris temporib. inuiolabiliter inibi conseruetur libertatem quoque à recolendæ memoriæ Imperatore *Lothario* seu ab aliis Ecclesiasticis secularibusue personis eidē cœnobio collatam nec non concambium quod inter te & Monasterium sanctimonialium *Ratisponensium* propter emancipationem census actum est presenti scripto firmamus & illibata perpetuo manere sancimus, præterea quascunq; possessiones, quęcunq; bona idem,

Metrop. Salisb. Tom. II.

Q9 3

cœno.

cœnobiū in presentiarū iuste & canonicè possidet aut in futurū cōcessione Pō-  
 tificū liberalitate regū & principū, oblatione fidelīū seu aliis iustis modis pō-  
 stante Domino poterit adipisci firma tibi tuisq; successorib. & integra perseue-  
 rent. in quib. hæc propriis nominibus duximus exprimenda, Prædium in villa  
*Stainkirchen* cum agris, syluis & pratis & molendino in eodem loco sito, prædiū  
 cum molendino in villa *Ettinsdorff* sito cum suis pertinentiis, *Ruesdorff Hader Af-*  
*choltzhausen*, cum suis pertinentiis *Ketenpeunt Reint Prinpach. Puechhausen* cum ca-  
 pella & aliis pertinentiis, *Haselpach Puech*, cum suis pertinentiis, *Perchaim* cum  
 molendino, *Hard* cum capella & aliis pertinentiis *Chlephing Sitiching, Penning,*  
*Puecha, VVernsing Taching*, cum tribus vineis, *Grietzpach, Stainbach Käffen* cum  
 suis pertinentiis, *Mangolting* cum molendino, duo prædia *Teyting*, vineam apud  
*VVeng*, vineam apud *VVätenpach*. In Episcopatu Pataviensi quinque vi-  
 neas apud transitum *Marquardi*, apud *Sikchendorff* vnam vineam, *Träsem-*  
*storff, Schlichendorff, Grindorff* cum suis pertinētis. & mancipiis vtriusque gene-  
 ris eandem possessionem incolentib. à nobili femina *Leukarda* vestro Monas-  
 terio incipit diuini amoris collatam. Adiucentes insuper statuimus vt de fun-  
 do vestri Monasterij siue de noualib. vel aliis laboribus quos propriis manibus  
 sumptibusue excolitis nullus à vobis decimas exigere præsumat. Nulli etiam  
 Episcopo pateat angarias vel alias nouas exactiones monastice quieti & religio-  
 ni contrarias vobis vel Ecclesiæ vestre imponere, sepulturam quoq; ipsius loci  
 liberam esse censemus, vt eorum qui se illic sepeliri deliberauerint deuotioni &  
 & extreme voluntati nisi forte excommunicati sint nullus obstat. Obeunte ve-  
 ro te nunc eiusdem loci Abbate nullus inibi qualibet surreptionis astutia seu vi-  
 olentia præponatur, nisi quæ fratres cōmuni assensu vel pars consilij sanioris se-  
 cundum Dei timorem & B. Benedicti regulam elegerint. Liceat etiam vobis &  
 Ecclesiæ vestræ Aduocatum eligere atque ad peragendas vtilitates ipsius loci  
 deinceps ipsum habere. Porro si quis post professionē in vestro cœnobio factam  
 exinde aufugerit, secundo tertioque commonitus ad claustrum vestrum redire  
 contempserit, ipsum vobis liceat excommunicare, excommunicatum aut nullus  
 Episcoporum Abbatū vel Priorum audeat retinere. Nulli ergo omnino hominū  
 fas sit idem cœnobium temere perturbare, aut eius possessiones auferre vel ab-  
 latas retinere, minuere, aut aliquib. vexationib. fatigare, sed omnia integre cō-  
 seruentur vestris ac pauperum vsib. profutura, salua nimirum iustitia & reue-  
 rentia *Babnbergensis* Ecclesiæ, cui idem cœnobium cum suis omnibus pertinen-  
 tiis tuo studio ac petitione, dilectē in Domino fili *Eppo* Abbas constat esse dele-  
 gatum ac subiectum. Si qua autem in futurum ecclesiastica sæcularisue persona  
 hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temere venire tempta-  
 verit, secundo tertioque commonita si non congrue satisfecerit potestatis hono-  
 risque sui dignitate careat, reamque se diuino iudicio existere de perpetrata ini-  
 quitate cognoscat, & à sanctissimo corpore ac sanguine Dei & Domini redem-  
 ptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ vltioni  
 subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus sit pax Domini nostri  
 Iesu Christi, quatenus hic fructum bonæ actionis percipiant & apud districtum  
 iudicem præmia eternæ pacis inueniant Amen.

Datum Laterani per manus *Aymerici* sanctæ Romanæ Ecclesiæ Diaconi  
 Cardinalis & Cancellarij VII. Idus Ianuarij, Indictione secunda, Incarnationis  
 Dominicæ Ann. m. c. xxxix. Pontificatus verò Dñi *Innocentij* Papæ II. an. VIII.

Littera D.  
 Ludouici  
 Romano-  
 rum Im-  
 peratoris

**W**ir Ludwig von Gottes Gnaden Römischer Chaiser zu allen zeiten / meere  
 des Reichs / bekennen vnd tuen chund öffentlich mit diesem Brieff das mir den  
 geist



geistlichen Mannen dem Abbe vnnnd dem Conuent zu Mabelerstorff vnsern lieben Dienütigen durch fleißiges gebett vnd durch besondere gnad vnd gunst die mir zu ihnen Haben bestetigt haben all dy Brieff/ Rechte/ Freyumb vnd guet gebonheit die sie von vnsern Vordern sätigen vnd von der Herschafft zu Bayrn bis her bracht vnd gehabt haben vnnnd geben ihn auch alle die Rechte vnnnd Freyheit die andere Chlöster in vnserm Land zu Bayrn haben/ vnnnd bis her mit nützlicher geber vnnnd gewonheit haben bracht/ vnnnd bellen auch das die in die groß handuest die Chönig Ott von Ungern sätig vnser Vetter Geistlichen vnd Weltlichen vber die Gericht geben hat stade beleib vnnnd von dainen vnsern Ampfteuten die jst sind oder fürbas werden ebichleichten mit nichte werden vberuaren noch beehrencket vnd das zu Brkundi haben wir disen Brieff geben ver si gelten mit vnserm Kayserlichen Insigt der geben ist zu Langhuet an Sant Benediccen Tag / nach Christus Geburt dreuzehenhundert Jahr vnd in dem dreu vnnnd vierstisten Jar/ in dem neun vnd zwainstisten Jahr vnser Reichs vnnnd in dem sechzehenden des Chayserthumbs.

*super libe-  
tate Monas-  
terij.*

**W**ir Ludwlg von Gottes Gnaden Römischer Chaiser zu allen zeiten merer des Reichs empieten allen vnsern Ampfteuten Bistumben / Richtern vnd Scherger vberal in vnserm Land zu Bayrn die jeso seind oder fürbas werden vnser Huld vnd alles guet/ wär lassen euch wissen das mir den Geistlichen Mannen dem Abbe vnnnd dem Conuent zu Mabelerstorff vnsern lieben Dienütigen bestetigt haben alle die rechte/ Brieff/ Freyumb vnd gut gewonheit die si bis her von vnsern Vordern vñ der Herschafft zu Bayrn bracht vnd gehabt haben/ vnd haben ihn auch geben alle die Rechte vnd Freyhaid die ander Chlöster in vnserm Land zu Bayrn haben vnd besunderlich haben wir die grosse handuesten die Chönig Ott selig vnser Vetter Geistlichen vnnnd Weltlichen vber die Gericht geben hat vnd dauon wellen mir vnd gebieten euch allen gemeiniglich vnd einen jeglichen besunder vestiglich das in dem vorge Abt vnd Conuent dieselben grossen handuesten vnd all andere irhe Rechte die sie in nützlicher vnd in guter gewonheit herbracht haben stat haltet vnd in die mit deinen Sachen vberuare vnd sie daran bekräcket. Vnd darüber haben wir ihnen zuschirmen geben Arnoldum den Rechenhauser vnsern Pfleger zu Bayrn oder der nach ihm Pfleger wirt/ das er sie von vnser wegen auff ihren rechten Schirmen vnd versprechen soll an aller stat/ wo in des not beschicht vnnnd vnd wan sie des bedarffent. Der Brieff ist geben zu Langhuet am Freytag vor dem Sambstag Latare, nach Christus Geburt dreuzehenhundert Jar/ vnd darnach in dem drey vnd vierstisten Jar/ in dem neun vnd zwainstisten Jahr vnser Reichs / vnnnd in sechzehenden des Chaiserthumbs.

*Litera Dn.  
Ludouici  
Imperato-  
rii super  
libertate  
Monastē-  
rii.*

### Catalogus Prelatorum Monasterij

Mallhartsdorff.

**B**BVRCKHARDVS Abbas primus nobilis familiæ Baronū in Wildensfels à fundatoribus, Dn. Henrico Comite in Kirchperch & eius filio Ernesto ex Conuentu Michelsfeld postulat. An. Dn. 1109. rexit an. 13. ob. VII. Cal. Iul. an. 1122. viuentibus adhuc fundatoribus, sepultus in veteri sacello, cuius tempore soli nobiles pro Conuentualibus suscipiebantur.

**E**PPO Conuentualis factus abbas, rexit an. 21. confirmator ordinis S. Benedicti, & fundator Monasterij olim S. Jacobi inferioris in Eytting, & tanquam vir grauis & doctus multis iisque insignibus donis & prædiis Monasterium ditauit & auxit. vita functus Prid. Calend. Nouemb. an. 1143.

**E**MICHO ex Conuentuali Abbas, amator fratrum dictus, insigne opus

Q 4

à tem-

à tempore passionis Christi ad sua vsq; tempora cōscripsit. Præfuit an. 14. obiit V. Non. Octobr. ann. 1158.

OTTO Conuentalis pōst Abbas, rexit an. 15. obtinuit Monasterio singularia priuilegia à Ser<sup>mo</sup> Bauariæ Principe *Ludonico*, ob. VI. Id. Nouembr. anno 1172.

HENRICVS Abbas, prius Conuentalis, exstruxit Ecclesiam maiorem, ex veteri arce fundatorum, quæ postmodum à *Cunone* Episcopo *Ratisbonen.* Comite à *Falckenstein* fuit consecrata. Ob. IX. Cal. Decemb. an. 1194. eius tempore Monasterium viginti septem Conuentuales alebat.

ADALHERVS nobilis à *Neuburg*, Conuentalis, præclare rexit duodecim ann. Ob. 111. Cal. April. an. 1206.

DIEERICVS Nobilis à *Bernburg*, Conuentalis, præfuit Monasterio ann. octodecim, de quo hoc extat Epitaphium.

*Hic pius & clemens, hic mitis, amabilis, æquus,  
Integer & placidus, doctus & acer erat.*

Ob. III. Cal. Decembr. an. 1234.

MEINWARDVS al *VVeinmarus* Conuentalis, rexit an. II. magno curi iudicio statum Monasterij reformans. obiit VII. Cal. Aug. an. 1248.

VDALRICVS Nobilis à *Neufarn*, Conuentalis, rexit ann. 10. ob. VII. Cal. Iul. an. 1258.

HENRICVS II, ex Conuentu in *Prüel*. propè *Ratisbonam* assumptus, præfuit an. 10. templum nouum maius & amplius reddidit, aliaque plurima bona Monasterio præstitit: tempore regiminis sui septendecim Conuentuales Nobiles habuit. Ob. IV. Non. Nouembr. an. 1268.

BENEDICTVS Conuentalis, singularis & prouidus Oeconomus, ædificandi artis apprimè gnarus plurima restaurauit atque in celebri *Viennensi* Synodo sub Cæsare Rudolpho. I. Leonis Episcopi *Ratisbonensis* supremus erat Capellanus. doctiss. & vigilans præful: à *Stephano* Duce *Bauariæ* liberatione telonij omnium vinorum Austriacorum consecutus. rexit an. 15. ob. 3. Aprilis, An. 1279.

HERMANNVS I. Conuentalis, maiorè decimam proximi pagi *Niderlinterhart* comparauit: nobiles Conuentuales sedecim habuit. præf. an. 7. ob. IV. Non. Ian. An. 1286.

HENRICVS III. Conuentalis, habuit vndecim nobiles Conuentuales, qui ferè omnes singularia bona Monasterio donarunt, sicut & ipse nonnulla comparando addidit. rexit an. 14. ob. Prid. Non. Ian. An. 1300.

BERCHTOLDVS nobilis *Pilsferorum* familiæ, Conuentalis, plures fraternitates constituit & fundauit, adiumento quoque Nobilium *Greillium*, sacellum Capituli cum altari S. *Nicolai* de nouo extruxit. & præclaris à vicinis nobilibus comparatis prædiis & Canonibus, Monasterium luculenter auxit, ac septem annos in Monasterij emolumento promouendo indefesso studio, consumpsit. Ob. Idib. Septembr. An. 1307.

RVGERVS Conuentalis, cui<sup>9</sup> tempore Monasterium multiplicibus obrutum necessitatibus, atque ipse adeò in summam pauperiem redactus fuit, vix nonnulla prædia pro distrahendis debitis hypothecare, & pecunias à Christianis & Iudæis suscipere mutuas, ac pro centum quotannis modium frumētī (sunt *Schaff*) tritici & modiū auenæ interesse loco pendere sit coact<sup>9</sup>. Hic complures fraternitates renouauit, & cum aliis Monasteriis constituit, verum ante obitum ipsius multorum suorum foundationes & redditus Monasterio accesserunt. rexit annis duodecim. ob. XIII. Cal. Aprilis An. 1319.

BERN-

BERNHARDVS al. *Vernerius* laudabiliter praeuit Monasterio 10. ann. ob. Prid. Id. Martij, an. 1329.

VDALRICVS *Hinzelnair* ex Conuentu Monasterij Pruffening assumptus: sub quo templū maius lamentabili casu prophanatum, denuo per Episcopum *Ratisbonen.* reconciliatum; atque complures piorum hominum fundationes & reditus Monasterio accesserunt. rexit an. 5. ob. Prid. Calend. Decembr. anno 1334.

CONRADVS nobilis ab *Elsnpach*, Conuentualis: hic plures confirmationes Priuilegiorū antecedentiū feliciter à Cæsare Ludouico & aliis obtinuit: plurimos sibi exosos atque insensibilissimos hostes, mediante bonorum interpositione sibi per Dei gratiam reconciliari promeruit; totque fundationes prædiorum & molendinorum, atque causā mortis legatos reditus in viuis consecutus est, quot necante, nec post ipsum Monasterio vnquam obtigerunt. rexit an. 21. ob. V. Id. Decemb. an. 1356.

HERMANNVS II. Conuentualis, nonnullis locupletatus foundationibus, rexit an. 12. ob. prid. Cal. Octobr. an. 1368.

BERCHTOLDVS II. fere toto tempore circa varias transactiones prædiorum & aliorum Monasterij bonorum occupatus. rexit an. 18. resignauit denuo conuentui. ob. Prid. Cal. August. an. 1386.

HENRICVS IV. ex Conuentu S. *Viti* prope *Neumarckt* quadriennio prodigaliter vixit: vineas & prædia præcipue in *Austria* vendidit, bona Monasterij turpiter dissipauit, quapropter à proprio Conuentu depositus & expulsus, ann. 1390, tandem an. 1404. in exilio miserimè mortuus est.

HEINRICVS V. dictus *Braitenaicher* Conuentualis, sub quo variæ fundationes anniuersariorum contigerunt, & complures annuæ pensiones attributæ sunt. obiit prid. Non. April. An. 1404.

FRIDERICVS de *Hainling* Conuentualis, quadriennio nimia liberalitate Monasterio perniciosus, à Conuentu depositus, & è Monasterio anno quinto dimissus est. ob. an. 1410.

PETRVS ex Conuentu *Reichenbach* postulatū, variis calamitatibus agitur, hanc potissimum presuram sustinuit, vt à quodam dicto *Schuueiberer* ob legatum 800. Vngaricorum florenorum Monasterio destinatorum: rapinis & incendiis ac deuastationibus obrutus, vltra 1410. Florenorum damnum perpeffus sit, exceptis spoliationibus & captiuitatibus subditorum. & aliis malis. rexit an. 7. ob. III. Cal. Decemb. An. 1416.

IOANNES *Seetaler* Conuentualis, quarto anno regiminis Conuentui ob debitorum magnitudinem liberè resignauit, seque Abbatia penitus abdicauit. an. 1420.

MICHAEL *Pogenhauser* ex Conuentu *VVeltenburg* postulatū, antea bis prouisoris vices gerens hoc loco, vt prouidus Paterfamilias debita vt plurimum exoluit, prædia aliis hypothecata, libera reddidit, ædificia Monasterij restaurauit, pretiosam suppellectilē pro ornatu Ecclesiæ comparauit, ac decimo nono anno prælaturæ magno suorum luctu in Aduentu, relicta omnium victualium superabundanti copia, vita pie functus est, an. 1439.

PETRVS II. dictus *Marschalck* ex Conuentu S. *Viti* cis *Rotam* ducali dispositione & mandatis inuito Conuentui prepositus est, quinto autem anno Tyrannici ac nimium rigidi sui modi regendi carceri aliquandiu inclusus, è quo Monasterio exturbatus anno 1444, ac demum vicesimo exitij sui anno miserè defunctus est.

IOAN.

IOANNES *Venderer* Conuentualis an. 1446. à Ser<sup>mo</sup> *Bauariae* Duce *Henrico* designatus, à Palatino *Rheni* *Ruperto* Episcopo *Ratisbonen.* confirmatus & cōsecratus in Abbatem, sedecim annis piè & deuotè præfuit: & quia Oeconomie pertaxus erat, vnus ex Conuentu nomine *Ioannes Geschwindt* in Coadiutorem, adiunctus fuit, vir in sæcularibus negociis probè versatus: qui concordēs inter se omnia administrarunt dexterrimè: debita dissoluentes, & Monasterium adificiis pluribus exornârunt. Tandem verò senio & ægritudine confectus *Ioannes* Abbas, stimulante Conuentu adactus est, quamuis inuitus Abbatiam resignare Episcopo, anno 1464.

ANDREAS ex monasterio *Reicherbacen.* post prædictum Dn. Episcopum resistentibus Conuentualibus, annos decem in multa calamitate, vtilissimam tamen vndique monasterij restauratione consumpsit, multa debita contraxit, ac tandem Ducalibus & Episcopalibus Consiliariis Abbatiam. liberè resignauit anno 1374.

ERASMVS nobilis familiæ de *Perfal*, ex Cōuentu *Eberspergen.* viuētib. adhuc ambobus' antecessoribus', *Ioanne Venderer* & *Andrea Muleich* Anno 1474. à Ser<sup>mo</sup> *Bauariae* Principe *Ludouico*, & ipso Conuentu postulat in Abbatem: & licet octodecim annis laudabiliter functo abbatiāli munere, à dictis antecessoribus suis adhuc viuētib. vt plurimum depositionis minis angustiaretur, quia, tamen vigilans & deuotus, litteratus, & externarum linguarum peritissimus, ac grauis iudicij vir erat, adeoque non modo Comitibus Proouincialibus verum etiā congregationibus Ecclesiasticis vtiliter adhiberetur; & multi eius illi non præualuerunt. Primus Insulam cum multis Indulgentiis & Priuilegiis à Cardinalib. consequutus, aliisque præclaris monumentis relictis hyrope obiit præfente toto conuentu, an. 1495. fer. 3. post *Petronellæ*.

MICHAEL II. *Eckhart* cognominatus, Abbas infulatus è Conuentu electus, plurima bona vnà cum Canonibus siue pensionibus, vasa quoque argentea vendidit, an. rexit 22. ob. an. 1518.

ERASMVS II. ex nobili *Haunspergerorum* familia, Abbas infulatus, similiter complures annuas pensiones vendidit nobilibus vicinis, multaque debita post se reliquit. rexit an. 20. vita functus an. 1538.

MATTHIAS *Derenhofer* ex Conuentuali Abbas infulatus, doctus vir & vigilans, multa debita pro suis antecessoribus persoluit: rexit an. 8. & postmodum liberè resignauit an. 1548. cuius tamen facti eum poenituisse postmodum ex proprio chirographo videre est.

IOANNES *Hirspeck* Conuentualis, Abbas factus, anno tertio laudabiliter gesti præfulatus' sui ab ipso *Bauariae* Principe in Abbatem *Schirensen* promotus est.

GREGORIVS *Labermair* administrator, 6. annis eo munere functus est.

WOLFGANGVS *Hueber* administrator, 8. annis monasterio vtiliter præfuit. Ob. an. 1564.

PAVLVS *Körl* Administrator, præfuit an. 7. & quia hoc tempore vnicus ei erat Cōuentualis, nomine *Paulus Peürl*, hinc Capellanus ex *Shirling* pro quotidianis sacris peragendis assumi aliquandiu & conduci debuit. ob. an. 1571.

ERASMVS *Höfl* administrator nono anno functionis suæ ob rem vndiquaq; pessimè gestam, & damna enormia Monasterio illata deponitur an. 1580. mense Octobri.

PAVLVS *Besch* ex Conuentu *S. Valtrici Augustæ Vindelicorum* Prior, in administratorem huc assumptus an. 1580. multa bona Monasterio præstitit, & dif-

cia non-

cia nonnulla collapsa restaurauit: ac septimo functionis suæ anno in Abbatem Monasterij Metn electus est. an 1597.

PAVLVS *Klokber* ex Conuentu *Thierhaupten* in administratorem postulatulus solus, sine Conuentu, parcissimus Oeconomus plurima debita exoluit, prædia hypothecata non pauca denuo recuperauit ac tandem huc transmissio Conuentu ex *Ebersberg*, ac Insula ei impertita, in Abbatem confirmatus est; sexto postmodum anno defunctus Christi 1601.

EVSTACHIVS *Sturm* ex Conuentu Monasterij *Weißenstephan* propè *Frisingam* postulatur in Abbatem 20. Iunij, An. 1602. cuius præclara relicta monumenta, ac clarissimi ingenij & iudicij dexteritas cuilibet, Monasterium, & eius de nouo ibidem conscriptam Chronicâ inspicienti obuia sese offerunt, Præfuit Monasterio noui fundatoris loco annis 17. Exactionum siue collectarum per inferioris *Bauariæ* Prouinciam IV, vir. annis duodecim ac tandem præses prudentissimus, Ob. Landishutæ cum magno plurimorum luctu & mærore 16. Aprilis an. 1619.

GEORGIUS Modernus Abbas: de quo nemo est, qui non optima quæque sibi polliceatur.

MARIAE ZELLA ORDINIS  
SANCTI BERNHARDI.

CONFIRMATIO huius foundationis Nicolai, Episcopi Ratisbon. ita habet, quòd duobus Eremitis, Godofrido & Alberto, propter ipsorum deuotionem ac intercessionem Rainmarij de Prensberg, nobilis viri, Episcopus concessit, in nemore quodam apud castrum Prensberg, in pede montis Schofloch, cellam & habitationem construere & Oratorium ædificare, Anno 1324. In quo loco est hodie Abbatia S. Bernhardi, quæ Cella Mariæ vocatur, &c. Auentinus in suis Annalibus, lib. 7. fol. 790. ita ponit: In Boiaria aquilonari contermina Bohemiæ, in Hercinio saltu Schoflochij, proxime Prensburgium, Roimari arcis dynastæ consensu atque ope Mariæ Cellam auspiciatus est Gotfridus Pucher cum Gotfrido Strubingenfè, & Alberto à Stauff, Fridericus Auer perfecit: Monachi ab Altrachio superiori acciti, Nicolaus & Fridericus, Episcopi Ratisbonenses, auctores fiunt.

SVNT ibi sepulti Nobiles Aueri de Prensberg, atque illorum Successores, possessores illius castri de Nusperg.

MODO nullos habet Monachos propter tenuitatem reddituum, sed vnum aut alterum secularem Sacerdotem tantum, eius administratio in secularibus ad dominos castri Prensberg spectat.

ADDITIONES.

QUI Domini castri Prensberg à Centum annis multa & graua Monasterio damna intulerunt: sed industria Abbatis Petri, & rei benè gerendæ studio indefesso, anno 1615. decem Professi ibi sustentati fuerunt: cum prius ne vnus quidem haberet, vnde viueret.

NOS *Conradus* Præpositus *Vallicus* Decanus. Totumque Capitulum Ecclesiæ *Ratisbonæ*, oibus præsentè paginâ intuentib. publicè, pfitemur, quod nos de comuni consensu & vnanimi voluntate prædij nostrum soluens mediâ librâ Ratisbonari: in *Schofloch* situ, quod *Rogerus* quondâ dictus *Sprunch* à nobis & Ecclesiâ nostra tanquam colonus tenuerit, cum agris, pratis, syluis, & aliis attinentiis,

in aud

culcis